



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

4. Inuidia auarum plectens pecuniâ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45699**

cumberet, tres crucigeros extraxit è crumena, eosque sub hydria posuit, pro cereuisia emenda. Sed antè, quām emeret, aquam exignis haustibus bibit. Aqua quia sapuit, cereuisiam non emit. Finito prandio, aut coena, monetam in marsupium reponens dicer solebat: *En meos tres cruciferos retinui, Et tamen satis bibi. Ita Genium suum defraudauit, immò auaritiam suam ipse plexit.*

*Horat. lib. 1.  
Sat. 2.*

*Tantalus à labris sitiens fugientia captat.  
Flumina. quidrides? mutato nomine de te  
Fabula narratur: congestis undique fassis  
Indormis inhians, & tamquam parcere sacris  
Cogeris, aut pītis tamquam gaudere tabellis,  
Nescis quid valeat nummus, quem prebeat usus.  
Panis ematur, olus, vini sextarius, adde  
Quicis humana sibi doleat natura negatio.*

*Ecccl. 14. 3.*

*Sacrum oraculum est: Viro cupido & tenaci sine ratione est substantia,  
& homini liuido ad quid aurum? Qui acernat ex animo suo iniuste, alijs congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. Qui sibi nequam est, cuī  
alijs bonus erit? & non jucundabitur in bonis suis. Ethnicum audiamus,  
Immunificis quid cantari solet: Quod habes, ne habeas.  
Et illud: Quod nunc non habes, habeas malum, quandoquidem  
Nec tibi bene esse potes pati, nec alteri.  
Cūm interea frugalitate contento bene sit, & ita bene, ut Ioue  
hospite dignus judicetur. Quales fuere Philemon, & rustica illa  
Baucis, qui paupertatera ferendo leuem effecere.*

*Horat. lib. 1.  
ep. 12. ad  
Lcium.*

*Si recte frueris, non est, ut copia maior  
Ab Ioue donari posit tibi; tolle querelas:  
Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus.  
Si ventri bene, si lateri est, pedibusq; tuis, nil  
Diuitia poterunt regales addere manus.  
Si foris in medio positorum abstemias, herbie  
Viuis & vrtica: sic viues protinus, ut te  
Confestim liquidus fortuna riuis inauret.  
Vel quia naturam mutare pecunia nescit,  
Vel quia cuncta putas unā virtute minora.*

*IV.*

*At, ne inuidia fortasse hīc nihil negotij gerere videatur, au-  
ditę, obsecro, inuidam auaritiam, aut auaram inuidiam. Refert  
idoneus*

idoneus author Ioannes Nider, à fide dignis hominibus se intelle- Ioan. Nider  
xisse, suoque tempore, Constantiae accidisse, ut quidam collectis lib. 3. cap. 51  
multis nummis argenteis, iisque partim seruandis, partim dissimu- Formicarij,  
landis, rogaret, in eommune valetudinarium admitti, atque inter pauperes ali. Impetravit, ibi, velut Tantalus inter aquas, maluit carere delitijs, quam diuitijs. Itaque, ne suos nummos cogeretur expendere, pulmentis atque olsculis vicitavit, magis nummorum suorum aspectu, quam ciborum vsu pastus. Postquam satis diu hanc miseram vitam vixit, tandem morbo afflictus, mortem sensit in foribus esse, dolensque sibi adhuc pecuniam superesse, qua neque ipse usus erat, neque alios gaudere solebat, mirabile consilium cepit. Siquidem de farina avena sibi pulmentum impatientissime clamabat preparandum. Quod cum factum esset, sedis agrotus solus, more solito, in lecto, & loco micarum panis minutatim spargere coepit de- narios, quos occultaverat, in pulmentum avenaceum, quasi panem intereret. Quis non diceret, aurum atque argentum sacram esse famem? Ne alij, quod comparsum erat, relinquetur, ipse deuorauit, sed non sine diuina Nemesis. Nam ubi, arrepto cochleari, audiissime argenteam offam coepit ori inferre, illico suffocatus est; vt eadem operâ & peccatum, & poena peccati iungerentur. Quamquam, ut malum multiplicaretur, etiam amentia cum stultitia iuncta fuit. I, auare, Rape, congero, aufer, poside, relinquendum est. Con- Martial. l. 82  
das licet, relinquendum est: denores licet, relinquendum est, & fortè hac nocte animam tuam repetunt à te. Nonnè meritò Domini  
nus talem stultum appellauit?

Nemo saepius scilicet veriusque ludit Heautontimorum enon, quam auarus; qui & in aliorum exitium viuit, & in suum. Quod plus quam Tragico exemplo docet Antonius Balinghem. E Mar- Anton. Ba-  
linghem in  
Zoopæd. tit.  
Hospitalitas.  
tia Polonorum gente non nemo fuit, patria Pultouicensis, cui vita militaris placuit. Castra igitur secutus, complures annos, à domo paterna absuit, seu prædis, seu stipendijs insigniter ditatus. Tandem Sagum rogâ mutare, ac postliminio domum redire sta- tuit, ut acquisita exoneraret, suasque opes cum parentibus com- munes faceret. Sed quia diuturni temporis absentia magnam in- vultu habituque mutationem induxerat, neque noscebat suos re- dum, neque noscebatur. Iam in conspectu urbis patriæ erat, cùm obuiam

V.